

- Hyges*, Gramum infectorium, Coccus bophica seu Infectoria, Chermes, vid. Kermes.
Hyfma, pluuiam significat. Hippocr. Lib. 1.
Hyssopus, Germ. *Ysop*. vid. Herbas.
Hyssopus seu *Isopus humida*, *Oesypum*, seu *Oesypus*, *Lanarum succidarum Pinguedo*.
 Germ. Die Fettigkeit von der ungetwaschenen Wollen. vid. *Oesypus*.
Hyf. ita à Medicis præscriptum, legendum est, *Hysterica* aut *Hystericum*.
Hysterica, sunt Medicamenta uteri morbis aduersa.
Hystrix, nomen est Animalis, cuius duæ constituuntur species, terrestris alia,
 alia marina. Vocatur & *Porcus spinosus*, hujus descriptionem & usum vid.
 apud *Aldrov.* Lib. 2. cap. 38.
Hyus, i. e. Liquor vel Humor. *Matth. Syluat.*

I.

- J***acea*, *Clavellata herba*, *Trinitatis herba*. Germ. Drensaltigkeit:
 Kraut oder Blumen. vid. Flores & Herba.
Jabora, *Dudaim*, est *Mandragora*, vid. Cort. five Rad. *Mandra-*
goræ. *Johnsoui*.
Jacea nigra, vid. Herba seu Radices *Morfus Diaboli*.
Jacinthus & *Jaquintus*, vid. *Hyacinthus*.
Jaculus, est nomen Serpentis venenosissimi, vid. *Aldrov.* Histor. Serpent. &
Dracon. lib. 1. cap. 13.
Jalappa, *Jalapium*, vid. Radices *Jalapæ*. Germ. *Jalappen*.
Jalin, i. e. Vitrum K. Germ. *Glasß*.
Jamblichus Sales, dicitur genus Salis ex multis rerum generibus compositum,
 vid. *Lexic. Brun. & Gorreus*.
Jansfarum, est *Crocus*. Germ. *Saffran*. vid. *Serap*.
Jansemin, i. e. *Sambucus*. Germ. *Hollunder-Baum*.
Jarin, est *Ærugo Campanæ*, vel viride *Æris*. Θ . *Sylv.* p. 123.
Jarius, dicitur Flos *Rorismarini*. Germ. *Rosmarin-Blüh*.
Jaspis, est Gemma & Lapis pretiosus, & dicitur, quod sit optimus colore Cœli,
 nimirum purpureo smaragdino colore præditus, *Dioscorid.* lib. 5.
 Cap. 160. Septem Genera enumerat *Plinius* lib. 37. cap. 9. genera decem,
Art. Rub. Lex. pag. 257. ad 259, 22. species *Jaspidis* recenset. Videantur
 porrò *Galenus*, *Schmuck*, *Boetius* & alii. Germ. *Ein Jaspis*.
Jaspis quoque dicitur, quod sit Genus hæmatitis.
Jassa, est Herba *Trinitatis* & *Perficaria*. *Mag. Chirurg.* pag. 467.
Jatra Leiptes, dicitur Medicus Unguentarius, vel Reunctor, qui unguentis &
 perfrictionibus corporis morbos curat. Talis fuit *Diotas*, teste *Gal.* lib. 7.
 cap. 5.
Jatrochymicus, est Medicus, qui operationibus & medicationibus Chymicis o-
 peram dat. Germ. *Ein Chymischer Arzt*.
Iberis, *Piperitis*, Germ. *Pfeffer-Kraut*. vid. *Lepidium*.
Ibex, dicitur *Capra sylvestris*. *Aldrov.* lib. 1. cap. 13.
Ibicaria, *Doronicum*, vid. Rad. *Doronici*. Germ. *Gembfen: Wurzel / oder*
Schwindel-Wurzel.
Ibica, *Abiga*, *Ajuga*, *Iva*, *Chamæpythis*, *Tbus Terra Plinii*. Germ. *Schlag-*
Krautlein / vid. Herba.
Ibis, est nomen Avis *Ægyptiæ*, *Ciconiæ* valde similis, ad aquas, præfertim Ni-
 lum fluvium, degentis *Aldrov.* lib. 20. cap. 3.
Ibiscus, vid. Herba seu Radices *Althææ*. Germ. *Enbisch*.
Ichneumon, est nomen Animalis quadrupedis Amphibii, quod aliàs *Lutra Ægy-*
pti vocatur, vid. *Aldrov.* lib. 2. cap. 14.

Ichthya,

- Ichthya*, Limatūram, Scobem aut Ramentum significat. *Lex. Brun.*
- Ichthyocolla*, est Gluten alicujus Piscis, qui dicitur esse sine ossibus, vocatur Huso, Germ. Hausen. Piscis magnus est, longitudine viginti quatuor pedum, pondere nonnunquam ad Libras quadringenta. In Danubio maximè ex Ponto venit. Gluten illud album est, ex illius corio, intestinis, ventriculo, cauda & pinnis confectum. Germ. Hausen: Blasen und Mundleim. Vocatur etiam *Collapiscium*.
- Heritis Apul. herba Salutaris*, *Dendrolibanum*, est Rosmarinus. Germ. Rosmarin. Vid. Herbas.
- Idam*, id est Pulmentum. Germ. Ein Muß. *Mart. Rul.*
- Idaea nigra*, seu Myrta sylv. est *Vaccinia nigra*. Germ. Heidelbeer / vid. Myrtus vulgaris, seu Myrtillus.
- Ideus, Ides*, Paracelso dicitur Massa illa & Materia prima in creatione, Chaos dicta, ex qua omnes Creaturæ factæ sunt. *Fragm. Anatom. lib. 1. Tract. 1. Cap. 1.*
- Idiota*, duplicem habet significationem. I. Significat Hominem privatum, qui nullum munus publicum obit, neque oppido aut genti præest. II. Significat Rudem, Plebejum, rei alicujus Ignarum. *Galen. lib. 1. de Simpl. fac. cap. 19. & cap. 3. in 1. Prorrh. tom. 32. &c.*
- Idiota*, sunt Contemptores verarum Artium. *Mart. Rul. & Johns.*
- Idroagira*, id est ∇ alcali. *Mart. Rul. & Johns. Lex.*
- Idromel*, vid. Hydromel.
- Idum*, est Pulmentum. Germ. Ein Muß. *Johns. Lexic.*
- Jecoraria & Jecorosus*, idem est quod Hepaticus. *Lex. Brun.*
- Jecur*, vid. Hepar. Germ. Leber.
- Jecur Lupi*, vid. Hepar Lupi. Germ. Wolffs: Leber.
- Jegar, Jegari*, est Daucus agrestis. Germ. Moren: Kummel.
- Jelanebin, Jelaniabin*, id est Mel Rosatum. Germ. Rosen: Honig.
- Jemac*, id est Cuscuta. Germ. Fils: Kraut.
- Jemaron, Jemari*, est Flos Mali Granati. Germ. Granaten: Blüh. *Sylvat.*
- Jemeris*, sunt Electuaria multæ amaritudinis. Germ. Bittere Lattivergen. *idem.*
- Jeneta*, sunt Electuaria boni saporis, sive Solutiva, sive non. *idem.*
- Jerame, Jeramis*, est Radix Arthemisiæ. Germ. Benfuß: Wurk.
- Jerit*, id est Folium. Germ. Ein Blatt. *Sylvat.*
- Jesminum*, id est Viola alba. *Galen. 4. Lib. 5.*
- Jeterac*, est nomen generale omnium septem Specierum Tithymali. *Matth Sylvat.*
- Jeumbave, Jeumbace*, id est Nux Moschata. Germ. Muscat: Nuß. *idem.*
- Jensir, Jansir*, est Gummi Opopanax. *idem.*
- Jffides*, est Cerussa vel Cinis Plumbi \boxplus . Germ. Bleyweiß / oder Bley: Asche / *Mart. Rul. & Johns.*
- Jgde*, Pilam significat, in qua condimenta permiscuntur & contunduntur. Legitur apud *Hippocratem*.
- Ignis*, Δ est Vocabulum latissimæ significationis. Estque causa efficiens, adeoque influens in effectum. Hic separat, resolvit, estque vel actualis, vel potentialis, aut menstruus liquor, & dirigitur ab Artifice Chymico.
- Sign. Δ , \boxplus , \boxminus , \boxtimes , \boxdot
- Ignis actualis*, est qui primo contactu adurit, ut sunt Δ ipse & Cauteria ferrea. Germ. Eigentlich Feuer. *Lex. Blanc.*
- Ignis alchimistici Gradus*. *Paracels. de Natura rerum, lib. 7. pag. 1457.*
- Ignis algir*, est Ignis fortissimus. *Mart. Rul. & Johns. Lexic.*
- Ignis calor*, est naturalis vel artificialis. *Mart. Rul.*
- Ignis circulatorius*, est Tepor, vel talis caloris gradus, quem Digni facile feruat. Germ. Ein gelind Circulir: Feuer. Sign. \textcircled{C} , \textcircled{D} , \textcircled{E} , \textcircled{A} .
- Ignis clarè ardens*, est Sulphur. \boxplus Germ. Schwefel. *Mart. Rul. & Johns.*

Ignis

Ignis Elementaris, est Sulphur sed non Vulgi. *Mart. Rul. & Johns.*

Ignis extinctus, id est Sulphur extinctum. *Mart. Rul. & Johns.*

Ignis fortis, est gradus Ignis intensior. *Sign.* ☉, △△.

Ignis Gebennæ, est Specificum corrosivum a *Paracels.* 7. *Archidox.* descript. pag. 227. *Mart. Rul. & Johns.*

Ignis gradus octo Johns. Lex. enumerat, nimirum:

I. △ *Ventris Equi*, qui est calidus in primo Gradu, & humidus in secundo.

II. △ ☉ *lis*, calidus est in primo Gradu, sed siccus in secundo.

III. △ *Furni* post panis extractionem, est calidus & siccus in 2do Gradu.

IV. △ *Furni Fixionis*, hic fundit & figit, non comburit, quia flamma non est: non differt à præcedenti, nisi quia in hoc est Calor continuus, in illo non.

V. dicitur *flammalis*, & est calidus & siccus in tertio Gradu. Et hic est ignis in Furno Calcinationis.

VI. △ *Furni Fusionis*, est calidus & siccus in quarto Gradu.

VII. △ *Follium*, est in eodem Gradu, qui Corpora dissipat, dispergit & fundit.

VIII. △ *flammalis*, qui fundit & calcinat, quia in eo sola Flamma operatur & non dissipat, sicut est Ignis vitriarius, & hic Ignis sicut carbones & flamma, sed in isto sola flamma lignorum.

Ignis Gradus quatuor apud Chymicos plerumque in usu sunt.

I. Est *lentissimus*, instar Teporis ignaviusculi, vocaturque Ignis Balnei mitis, aut Fimi, aut Digestionis, circulatorius, qui ad tactum ita describitur, ut eum digitus hominis teneri semper ferre possit. Et licet habeat suas intentiones & remissiones, nunquam tamen evidentem aut acrem sensum gignere debet. Hujus generis est △ vaporosus Philosophorum, qui describitur in cubatu Gallinæ excludentis pullos, aut Hominis rectè dispositi naturâ.

II. Gradus est *intensior*, aded, ut jam evidenter feriat tactum, neque tamen vim afferat Organo. Appellant calorem cinerum, quod mediocris △ sub Catino cinerario incensus talem præbeat. Cineres enim ob raritatem non admodum Aërem concipiunt.

III. Gradus est cum *Lessione tangentis*, & confertur Arenæ ferventi, vel Scobi ferreæ, ut dicatur △ arenæ vel Limaturæ ferri.

IV. Est *Summus Gradus*, & plerumque destructivus. Nominant △ nem Reverberii, & vivâ Flammâ Lignorum, vel congestarum Prunarum follibus alacriter inflatarum procuratur. Possit & △ fusorius appellari. *Mart. Rul. in Lex.*

Ignis pro Lapide Philosophico, *Mart. Rul.* novem △ nis species p. 260. enumerat. Videantur Scripta *Basilii Valenti* & aliorum.

Ignis lentus, est Gradus ignis remissior. *Sign.* ☉, △, LA, Z.

Ignis Leonis, est Elementum △. Æther, Pyr, Jupiter, Argos, *Mart. Rul.*

Ignis Persicus, est Ulcus ardoris incendio torquens, vel idem quod Gangræna. Sumitur etiam pro Carbunculo. *Mart. Rul.*

Ignis Philosophicus, vid. Phosphorus.

Ignis Philosophorum quoque omnium Consensu vocatur ☉. *Th. Chym. Vol. IV.* pag. 756, 767. & alibi.

Ignis potentialis, est Medicamentum, quod, postquam aliquandiu parti superimpositum fuerit, vires suas exerit: Ut riptorium, cæteraque exedentia. *Germ. Ein eßend Feuer. Lex. Blan.*

Ignis pruinus, adeptus est Quinta Essentia Vini (alii Vitrioli) cum Tartaro rectificata. *Mart. Rul.*

Ignis ad quorundam Opinionem est ☉, ∇æ destillatæ innatans.

Ignis Reverberius, est △ destructivus, qui viva flamma & follibus instituitur. *Lexic. Blanc.* △, ☉

Ignis

- Ignis rota** ☉, est Circulatio per Circulatorium, quod est vitreum Vas, ubi infusus Liquor ascendendo & descendendo quasi in Circulo rotatur. Varia sunt hujus generis Vasa, sed duo præcipue sunt majoris usus, Pelicanus nimirum & Dyota, suo loco videnda.
- Ignis Sacer**, *Heritia rubea*, idem quod Erysipelas vel Heresipela. Quidam tamen pro Herpete sumunt. Germ. Die Rose / St. Antonius-Feuer.
- Ignis Sapientum**, est Fimus Equinus calidus. *Mart. Rul.*
- Ignis silvestris**, idem quod Phlyætæna vel Vesicula in Cute excitata. *Lexic. Bl.*
- Ignis subterraneus**, cujus beneficio fervefiunt ∇ æ Thermarum, de quibus, vid. *Lang. lib. 2. Ep. 52. & alii.*
- Ignis suppressionis**, est Ignis super \therefore am. *Lex. Blanc.*
- Ignis φ ris**, Elementum est è φ re Cupri. *Van Helmont.*
- Ignis Vitrioli**, sive φ ris, apud *Helmont. Tract. Lithias. cap. 8.*
- Ignitio**, est Calcinatio per Ignem facta, vel est Calcinatio, corpora Ignis violentiâ in Calcem reducens. Estque duplex, Combustio & Reverberatio. Germ. Raldfmachuna/ oder Brennung.
- Ignotica**, sunt illa, quæ faciunt Somnum & Soporem. Germ. Schlassmachende Mittel. *Sylvat.*
- Ilech**, *Ylech*, est Terminus Paracelsicus, & videtur idem notare, quod Principium & Primum aliquod.
- Ilech crudum**, est Compositio ex prima Materia trium primorum Principiorum, φ ris, \ominus lis & Sulphuris, è quibus omnia sunt composita, & ita idem, quod Iliaster vel Iliad.
- Ilech magnum**, est ascendens, sive Astrum Medicinæ, quem accipimus unâ cum Medicina, in qua ille occultatus est, ut superiora Sidera in Firmamento, item in Homine inferiora.
- Ilech primum**, exponit *Mart. Rul. & Johnf.* id est Principium, Ilias, Ileadus, Ilech supranaturale vel primum ex Astris est Conjunctio supercœlestis & Siderum Firmamenti cum Astris rerum inferiorum Unio.
- Ileidos & Ileadus**, est Ignis Elementalîs, Heoa Pheresbios, hoc est, Aurora vel Diluculum, vitam afferens (Cœlum,) in Hominibus verò est Spiritus, qui transit per omnia Membra. *Mart. Rul. & Johnf.*
- Iliaster, Iliadus, Iliadum & Ileadus**, (scribuntur etiam per y) sunt Figmenta Paracelsica, magis rem obscurantia, quam declarantia, cum non uno eodemque modo semper accipiantur. *Lex. Brun. Libet saltem Descriptiones ex Mart. Rul. & Johnsono adducere.*
- Iliaster, aut Iliastes, vel Iliadum**, est Prima omnium rerum Materia, constans ex Mercurio, Sale & Sulphure, quatuorplex juxta quatuor Elementa. I. est Cahos ∇ ræ, II. est Cahos ∇ æ, III. est Cahos \triangle ris, IV. verò est Cahos \triangle nis.
- Iliaster primus, vel insitus**, est Terminus Vitæ, imò ipsa Vita, vel ejus Balsamus in homine.
- Iliaster secundus vel preparatus**, est Terminus Vitæ, quem ex Elementis vel rebus Elementalibus habemus, Vitaque ipsa.
- Iliaster tertius**, est Terminus Balsami præparatus, quem ex rerum Quinta Essentia habemus.
- Iliaster quartus, magnus**, est Mentis vel Animi Lapsus in alterum mundum, ut Enoch, Eliæ & aliorum. Hæc ex *Mart. Rul. & Johnsono*, plura apud *Paracelsum*.
- Iliaster in genere**, dicitur occulta Naturæ Virtus, ex qua res omnes habent Incrementum, aluntur, multiplicantur & vegetant. De quo latius Libro de Meteoricis Generationibus legitur apud *Paracelsum*.
- Ilamonos, Collyrium**, est nomen Medicamenti ad Oculorum Ulcera, cujus Descriptionem vide apud *Æginetam lib. 3. cap. 22. & Lib. 7. cap. 16.*

- Illecebra**, vid. Sempervivum seu Sedum minimum.
- Illitio**, idem est quod Inunctio, quando vel digitis vel pennis Linimenta, [vel Olea, vel Unguenta Corporis superficiei applicantur. *Lexic. Brun.*
- Illota Lana**, vid. Erion. Dicitur aliàs Succida, *Keuchen.*
- Ilys**, dicitur Fæx seu Fex Vini, *Hippocr. Lib. 1. de Morb. Mul.*
- Imbemon**, Medicamen, quod ex Lachrymis Olearum in maritimis Arabiæ locis nascentium fit. *Plin. lib. 12. cap. 18.*
- Imber**, interdum latè pro Pluvia, interdum stricte pro Pluvia Larga accipitur. Imber temporarius quis sit, vid. apud *Galen. 4. in 6. Epid. tom. 19.* Omnes Imbres alkalizatos esse docet *Paracelsus*, quia veniunt ex Igne lib. 1. de Tartar. Tract. 5. cap. 2. in Schol.
- Imbibere**, id est, Terendo inspissare. *Mart. Rul. & Johns. Sign. ✨*
- Imbibitio**, Chymicis vocatur Ablutio, quando Liquor Corpori adjunctus elevatur & exitum non inveniens in corpus recidit, idque crebris humectationibus tantisper abluit, donec cum illo puro coagulatus, amplius ascendere nequit, sed totus fixus manet. Hæc operatio tota Philosophica est, nec ad vulgares sese dimittit. *Mart. Rul. & Johns.* Imbibitio, Destillatio & Cohobatio Philosophica, est Spiritus descensus in Corpus, id abluens atque animans. Hic labor quoque Rectificatio vocatur. *Beckerus Oedip. Tit. 7. §. 4.*
- Imbik**, vocatur Vas quoddam Spagyricum, idem quod Ethel, & aliquoties legitur in *Theatr. Chym. Vol. V. pag. 66.*
- Immersiva Corrosio**, est quando Corpora aliis rebus immersa in calcem rediguntur. Vel est quando Metalla vel Mineralia rei alicui corroderenti immerguntur, ut tandem in Calcem redigantur. Estque humida vel sicca. Germ. *Eindunckende oder eintweichende Verbrennung. Lex. Brun.*
- Impar**, quod olim Impari numero in exhibendis Medicamentis, vel Virtus vel Felicitas operandi tributa fuerit, hodieque adhuc apud nonnullos fidem inveniat, à superstitiosa veterum Medicina hoc esse rectè judicavit *Keuchen.* ad *Seren. in Not. pag. 93.*
- Impastatio**, vid. Incorporatio.
- Imperatoria**, vid. Rad. Imperatoriæ. Germ. *Meister: Wurk.*
- Imperatoria Apulorum**, vid. Rad. Meu. Germ. *Beeren: Wurzel.*
- Imperatoris Herba**, est Taraxacum. Germ. *Pfaffen: Röhrlin. vid. Herbas.*
- Imperfectum**, apud Chymicos dicitur, quod sit & rius Metallum Imperfectum. *Paracels. de Morb. Metallifosfor. Lib. 3. cap. 2. 3.* cum tamen sibi propriam habeat Perfectionem. Ità cum aliis quibusdam Mineralibus comparatum est. *Lex. Brun.*
- Impetiginaria petrea**, seu saxatilis, *Lichen petreus.* Germ. *Steinleber. Kraut.*
- Impinguatio**, idem quod Pinguefactio. *For. lib. 31. cap. 10.*
- Impregnatio**, tropicè & ænigmaticè Spagyricis quoque dicitur Imprægnatio mystica in Magisterio Lapidis Philosophici, quando & virgineus, qui nullo alio Metallo adulteratus est, conjungitur cum suo & re, quod secum habet invisibiliter. *Libav. Apocal. Hermet. Part. Poster. Heptod. Hermet. Monad. 2. Tom. II. Oper. pag. 351. & 352.* De hac quoque legi potest Tract. de Alchymia incerti Authoris cap. 32. in *Tb. Chym. Vol. III.* vocatur aliàs Dealbatio Vol. IV. pag. 760.
- Impuram Alkali**, est ejus Spuma, quæ aufertur in Repurgatione post Extractionem. *Mart. Rul.*
- Impurum Tartari**, est ipsius Alkali. *Mart. Rul. & Johns.*
- Inalienatus**, idem quod Sincerus, Purus. Legitur apud *Scribon. num. 204.* vid. *Rhod. in Lexic.*
- Inaresco**, idem quod Exsiccor, & quidem cum adhæsione in Vase. Ità inarescere Mortario Collyria, scripsit *Scribon. num. 22. Lexic. Brun.*
- Inauratio**, est quando Pilulæ Oro foliato obducuntur, cum nempe Pilulæ in Capsula clauduntur & unà cum Foliis Ori circumagitantur, ut deauratæ fiant. Germ. *Bergguldung. Lex. Blanc.*

Incarnan-

Incarnantia & Incarnativa, sunt Medicamenta Carnem generantia, vel idem quod Sarcotica. *Lex. Brun.*

Incesum Judæorum, Germ. *Juden: Benrauch*/est Storax calamita.

Inceratio, est Mistio humoris cum re sicca, per Combibitionem lentem ad consistentiam Cerae remollitæ.

Incid. ita à Medicis præscriptum, legendum est Incide, Incidenda.

Incidens, est species Facultatis Medicamentosæ, quæ consistit in partibus salinis tenuioribus, facilisque extractionis & actuationis. *Lex. Brun.*

Incineratio, est Ignitio, quâ Corpora animalium & vegetabilium, in Cineres, Igne violentiore rediguntur. Mineralia autem (Chymico more loquendo) propriè non in Cineres sed in Calcem redigi dicuntur. *Johns.*

Incisorium, dicitur Tabula, in qua fit Sectio vel Incisio.

Incorporatio, est Commistio, quâ statim humida cum siccis in unum Corpus per formam Massæ contemperantur, itaque hic non fit lenta nutritio, sed tantum humoris statim additur, quantum ad Corporis misti consistentiam requiritur, ut fiat veluti Pasta, unde & Impastatio nominari potest, in nonnullis Subactio. Incorporatæ autem res in calore digestorio relinquuntur, ut mutuâ actione & passione Crasin communem hanciscantur. Germ. *Veibmachung. Mart. Rul. & Johns.*

Incrassantia Medicamenta, sunt, quæ crassis ramosisque partibus prædita & succis tenuioribus & liquidioribus nectendo, consistentiam crassiorem & stabiliorem conciliant. Germ. *Dickmachende Mittel.*

Incrementum, idem quod Augmentum vel Augmentatio.

Incuba, est Sponsa Solis. *Mart. Rul. & Johnson.*

Incuria Furnus, vid. Acediæ Furnus.

Indargirios, est Argentum vivum. §. Germ. *Quecksilber.*


Indarion, est nomen Collyrii, cujus descriptio habetur apud *Aetium lib. 7. citante Gorraeo.*

Indebidester, i. e. Castoreum. Germ. *Biebergeyl. Sylvat.*

Indicans, apud Chymicos quoque vel *Indicativum* idem est, quod Significans vel Significativum. & usurpatur de Signis sive Characteribus. *Galen. lib. Ars. Med. cap. 2. & 3.*

Indicon, est æquivocum in Medicina, & I. significat speciem Piperis, uti plerique exponunt loca *Hippocr. lib. de Natura Mulier &c. II. Lignum*, quod vel ipsum Guajacum aut Sanctum, aut ei prorsus simile habetur, de quo videatur ex *Manardo Forest. lib. 32. Obs. 7. in Schol. vid. Guajacum. Vel III. significat Materiam Coloris cujusdam, præsertim cœrulei, cujus duæ differentiæ à *Dios. lib. 5. cap. 107. assignantur. Nativum, Indicum & Factitium alterum. Alii verò Succum Herbæ dicunt, quâ nunc tinguntur panni & vocatur Glastum, vulgò *Bandt. Mart. Rul. & Johns. IV. Dicitur de Lapide Indico, qui ejusdem cum Hieracite virtutis est, Sanguinem sistentis, teste Galen. lib. 9. de simpl. fac. Æginet. lib. 7. cap. 3.***

Indicum, Indigo, Lapis Indicus pictorum, Atramentum Indicum Pauli. Germ. *Indich: Blau.*

Indicum Sal, est Sal Gemmæ . Germ. *Stein: oder Indianisch Salz.*

Indus, idem quod Indicus. Paronymicum à Regione Indica, estque epitheton quorundam Medicamentorum. Ità Pilulæ Indæ Halii vocantur, valide purgantes, quarum Descriptio habetur in Dispensatoriis, & meminit etiam *Forest.* Item Emplastrum Indum *Tharsei Chyrurgi* apud *Galen. lib. 4. de C. M. P. G. cap. 13.*

Indolentia, vid. Anodyna. Germ. *Schmerzen: linderende Mittel.*

Inductio, à Latinis propriè sumitur pro Inunctione & Illinitione. Ità Emplastra in alutam, linteum, induci dicuntur. &c.

Inebuchos, est Cerussa. Germ. *Blentweiß.*

Inedion, est Compositio ex Vino & Oleo. *Sylvat.*

- Infans Spagyricorum*, qui dicatur in Magisterio Lapidis Philosophici, & quomodo per imbibitionem nutriatur, legatur *Libav. Synt. Arc. Chym.* lib. 7. cap. 8. & *Alchym. Pharmac.* cap. 7.
- Infervefacio*, hoc est, in aliquo vase Fervefacio. *Lex. Brun.*
- Infundibulum*, est Vas metallicum oblongum cum manubrio, interius excavatum, liquata Metalla recipiens, & in virgas vel baculos conformans. Germ. Ein Einguß. *Mart. Rul.*
- Infundibulum*, vulgò Tritorium, est Vas transmittens, in summitate latum, quod paulatim in fistulam cuspidatam desinit. Ex Metallo fabricatur, vel ex Vitro. Germ. Ein Trichter. *Lex. Blanc.*
- Infusio*, est Extractio virium ex ipsis Medicamentis, per Liquorem convenientem facta: quæ si purgans fuerit, unica vice absorberi potest, cui propriè nomen competit. Dicitur & Maceratio vel Dilutum.
- Ingredientia*, dicuntur varia Smplicia, quæ unicum Compositum constituunt. *Lex. Brun.*
- Inguinaria Plinii*, *Potentilla*, *Tanacetum sylvestre*, *Anserina*. Germ. Gänßerig. vid. Herbas.
- Inguinbar*, i. e. Lutum Armenum. *Sylvat.*
- Ingulia*, est quoddam Conditum sic nominatum. *Idem.*
- Insectio intestinalis*, idem est quod Clyster seu Enema.
- Inoleon*, i. e. Compositum ex Vino & Oleo.
- Inomel*, i. e. Compositum ex Vino & Melle. *Galen.*
- Inquimatizare*, i. e. Infundere, Linire, Injicere. *Alex. Oribasius.*
- Insectum*, est nomen Animalculi plerumque exanguis, imperfectioris aliis, variis incisuris aut annulis præditi & commissuris insigniti, cujus species multifariæ habentur, quas descriptas videre licet in Vol. *Aldrov.* integr. Tom. 3. de Insectis.
- Insolatio*, est, quando res macerandæ ☉is calori exponuntur.
- Insolatus*, id est à ☉le calefactus. *Gal.* lib. 8. Meth. Med. cap. 2.
- Inspiss.* ita à Medicis præscriptum, legendum est Inspissa, sive Inspissata seu Inspissatum. &c.
- Inspissatio*, est quando liquida materia evaporando in Massam tractabilem & Consistentiam redigitur.
- Instrumenta Chymica & Pharmaceutica*, multa sunt & requiruntur, quorum nomina invenienda sunt apud *Schræd. Medic. Pharm. Chym.* Lib. 1. cap. 19. *Rolsink. Chym.* Lib. 2. cap. 15. *Becker. Libav. Dorn.* & apud alios.
- Insuccatio*, est quando Aloës &c. in succo Rosarum, Violarum &c. solvitur, purgatur & inspissatur. *Lex. Blanc.*
- Insufflatio*, dicitur quando Medicamentum per Canalem ad partem aliquam impellitur. *Lex. Brun.*
- Interpassatio*, dicitur de Sacculis seu Fomentis siccis, idemque est quod Interfuere, ne Materia inclusa conglomeretur, cujus rei gratia quoque Gossypio Pulveres suscipi solent. Germ. Untersteppung/ oder Zwischennehmung.
- Intestina Terre*, sunt Vermes seu Lumbrici terrestres. *Paracels.* pag. 38. suæ Chyrurgicæ magnæ, in Folio.
- Intybus*, *Intubum* & *Intubus*, vid. in Herbis Endivia. Germ. Endivien.
- In-victum*, est nomen Emplastri, vid. Aniceton, *Lex. Brun.*
- Inula*, *Enula*, *Elenium*, *Helenium*. Germ. Aland. vid. Rad. Enulæ.
- Inula rustica Apul.* Alum Gallicum, vid. Rad. Consolid. major. Germ. Schwarß-Burß.
- Involucrum majus*, *Lilium Caprinum*. vid. Flores Caprifolii. Germ. Speß-Gillen.
- Jodes*, id est Æruginosus, est Epitheton excrementitiæ Bilis, unde Vomitus æruginosi oriuntur, quorum aliquoties meminit *Hippocrat.* 1. Proorrh. 1. r. Tom. 19.
- Jos*, est Ærugo. *Mart. Rul.* & *Johnson.* dicunt Jos esse Venenum.

Josachar,

- Iosachar*, id est Saccharum Violaceum, apud Aethiopicum, *Gorræus*.
- Joseple*, *Saturon*, *Saturey*, est Satureja. Germ. *Saturen*.
- Jota*, *Jora* est viride Rama. *Mart. Rul. & Johns*.
- Jovis Amalgama*, id est Crocus 4 vis, vid. Crocus Jovis.
- Jovis Arbor*, est Quercus. Germ. *Ein Ench-Baum*. vid. Lignum Quercinum.
- Jovis Barba*, vid. in Herbis Sedum. Germ. *Haus-Wurzel*.
- Jovis Flores*, vid. Flores Jaceæ, seu Trinitatis. Germ. *Freyntschetraute-Blumen*.
- Ipacedes*, *Ipoacidus*, est Barba hircina. *Mart. Ruland. & Johns*.
- Ipnos*, Furnus, Germ. *Ein Ofen*, *Hippocr. lib. 2*.
- Ipocystus*, seu *Ipoquistidos officinarum*. vid. Hypocystus.
- Ipoterion*, est nomen Medicamenti, quasi latinè Expressorium dicti ab *Heracleide* inventi. *Gal. lib. 4. cap. 7*.
- Iringus*, vid. Radices Eryngii. Germ. *Manns-Treu*.
- Irion* seu *Erysimon*, vid. Herb. Germ. *Hederich*.
- Iris*, I. nominatur ita multicolor Arcus cœlestis. Germ. *Regen-Bogen*.
- Iris*, II. notat Circulum ac Coronam in Oculo mediam, ubi inter se committuntur tunicae universæ. *Gal. lib. 14. Meth. Med. c. 19. &c.*
- Iris III. florentina*, vid. Illyrica.
- Iris IV.* est Gemma Crystallo similis, secundum nonnullos Radix Crystallo, frequenter hexagenus reperitur in Arabia & in Insula quadam Rubri Maris. *Mart. Rul. & Johns*.
- Iris V. Illyrica*, vid. Rad. Iris Illyricæ & Florentinæ.
- Iris VI. nostratis*, vid. Radices Irid. nostrat. Germ. *Schwertel*.
- Iris VII. palustris lutea*, vid. Radices Acori vulgaris. Germ. *Afermanns-Wurzel*.
- Iris VIII.* est nomen Pastilli, Croco, Myrrha & Alumine constantis, ut refert *Aëtius* ex *Herodoto* lib. 5. cap. 129.
- Iris IX* Spagyricam habet significationem & vocatur Iris Mystica, in Magisterio Lapidis Philosophici, quæ describitur apud *Liban. Apoc. Hermet. P. Poster. Tom. II. Oper pag. 407*.
- Iris sylvestris*, *Ephemeron*, vid. Flores Liliorum Convallium. Germ. *Mayens-Blümlein*.
- Iris Tuberosa*, vid. Rad. Hermodactyli albi legitimi. Germ. *Hermodactylen-Wurzel*.
- Irroratio*, est cum ☿ vel Rotuicæ quædam aliquot Guttulis ☽ destillati irrorantur.
- Isatis sativ. & sylvestris*. Germ. *Zahmer und wilder Wend*. vid. *Glastum*.
- Ischæma*, sunt Medicamenta Sanguinem sistentia, quæ emplastica, astrictoria, refrigerantia vel exsiccantia sunt, vel meatus Vasorum apertorum claudunt, vel Sanguinis fluiditatem & motum vehementiorem imminuunt, vel sistunt. Germ. *Bluth-stillende Mittel*. *Lex. Brun.*
- Ischuretica*, sunt Medicamenta, quæ Urinam suppressam emingere curant. Germ. *Urin-treibende Mittel*. *Lex. Blanc.*
- Isir*, idem quod Ixir vel Elixir, *Th. Chym. Vol. IV. pag. 502*.
- Isochryson*, hoc est Auro compar, epitheton Collyrii, ad multas Oculorum affectiones. *Galen. lib. 4. cap. 7*.
- Isochrysum*, vocatur quoque Compositio quædam Chymica ex æqualibus Reguli per se item ex ☿ monio parati & ☽ genti vivi ætati partibus. Cujus meminit *Liban. Tract. Chym. de Igne natur. c. 35. &c.*
- Isocrates*, epitheton Vini, quod pari Aquæ quantitate mixtum est, *Hippocr. lib. 2. de Morb. xxxiix. 6*.
- Isopus*, vid. Hyssopus humida seu Oesopus.
- Isorhobos*, Lat. dicitur Equilibris, æquis Momentis ac ponderibus. æquivalens, in neutram partem vergens. Usurpatur ab *Hippocrat. de Partibus Corporis &c.*

- Isothamos*, epitheton Medicamenti cujusdam Bechici apud *Alcimum* lib. 8.
- Ispida*, est nomen Avis parvæ, pulchræ, pennarum venustate clarissimæ, *Acyonis* species, cujus descriptio & usus vid. *Aldrov.* Ornithol. lib. 20. cap. 61.
- Italicum*, est nomen Emplastri, quod vim habet purgandi Ulcera sordida & Carnem inducendi, cujus Descriptio habetur apud *Aginet.* lib. 7. cap. 17.
- Itea*, i. e. *Salix*, Germ. *Weyden* oder *Felber.* vid. *Herb.*
- Itrion*, in genere notat Placentarum non fermentatarum genus, Latinis Libum dictum. *Long.* lib. 1. ep. 56. *Foësius* explicat per Dulciaria Liba, aut Bellaria, vel Panes dulciarios ex Saccharo, Nucibus Pineis, Amygdalis, aut etiam Seminibus Papaveris & Sefami confectos, sive Marzipanes vocatos. &c.
- Iva*, vocatur à *Mart. Rulando* & *Johnsono* Medicina propter Membra contracta, v. gr. *Iva Arthetica* & potab.
- Iva Arthetica* vel *muscata*, est Medicina propter Membra contracta.
- Iva Arthetica* vel *arthritica*, est Abiga, Ajuja, vid. in *Herbis Chamæpithys* Germ. *Schlag Kräutlein.*
- Iva Muscata*, est *Chamædrys* foemina. Germ. *Zwen-Kraut/Edel Chamänderlein/ das Weiblein.*
- Iva potabilis*, Germ. *Ein Tranc/so die lahmen Glieder zu rechte bringet.* *Mart. Rul. & Johnf.*
- Judaica herba*, Germ. *Glied-Kraut/ oder Veruff-Kraut.* vid. *Sideritis.*
- Judaicum bitumen*, vid. *Bitumen Judaicum.*
- Judaicus Lapis*, vid. *Lapis Judaicus.* Germ. *Juden-Stein.*
- Judex Auri*, vid. *Lap. Lydius.*
- Juglans Nux*, seu *Nux Regia*, Germ. *Welsche Nuß* Est Fructus arboris proceræ benè cognitæ, crescentis in campis & collibus.
- Jujube* seu *Zizypha*. Germ. *Rothe Jujuben* oder *rothe Brust-Beer* / est Prunorum species, extus rubræ sunt, dulcem habentes saporem, Arbor Prunum vix superat, folia habet parva & serrata, ex Italia fructus nobis adferuntur, vocantur quoque *Serica rubra* & *Pruna pectoralia rubra.*
- Jujula*, *Lujula*, *Oxys Plinii*, *Oxytriphyllon*, *Panis Cuculi*, est *Acetofella*. Germ. *Sauer-Rice.* vid. *Herbas.*
- Jul.* ita à Medicis præscriptum, legendum est *Julapium*, *Julebus* seu *Julepus*. Germ. *Julep.*
- Julapium*, idem quod *Julebus* vel *Julepus*.
- Julebus*, *Julepus* seu *Julapium*, ferè Syrupi consistentiam habens, ex una parte Terræ destillatæ & duabus partibus Sacchari albi per solutionem & unam aut alteram ebullitionem, factus.
- Julia herba*, *Ageratum* seu *Eupatorium Mesue*. Germ. *Peber-Kraut.* vid. *Herb.*
- Julia*, rectius *Julis*, nomen Piscis, quem inter saxatiles refert *Galenus* libro 3. de *Alim. Fac.* cap. 28.
- Julos*, *Juli* & *Julus*, sunt Folia primum erumpentia, & quidem Flores *Avellanæ* & *Juglandis*, qui veluti prælongi Vermes singulari pediculo dependent. Germ. *Haselnuß-Blumen/ oder welsche Nuß-Blumen.* *Lex. Brun.*
- Jumnisum*, *Jumnizam* & *Kamir*, est Fermentum. *Mart. Rul. & Johnf.*
- Juncus angulosus*, *quadratus* & *triangulus*, *Erysisceptum*, vid. *Rad. Cyperi rotundi.* Germ. *Runde Cypern-Wurzel.*
- Juncus Arabicus* & *odoratus*, vid. *Schænanthum.* Germ. *Kamel-Heu.*
- Juniperi Baccæ* seu *Arceuthides*. Germ. *Wacholder-Beer/* sunt Fructus fruticis, hinc inde in sylvis crescentis satis cognitæ, montosis collibus & locis aridis delectantis. Baccæ Juniperi semper inveniuntur virides, semimaturæ & maturæ nigricantes. Vocantur quoque *Grana Turdorum.*
- Juniperi Gummi.* est *Sandaracha Arabum*, vid. *Sandaracha*, est *Vernix Arabum* & *Vernix sicca.*

Juniperi,

Juniperi Rob, conficitur f. q. Aquæ, coquendo f. a. ex Baccis maturis nigricantibus Juniperi. vid. Rob seu Rub. Germ. *Wacholder-Muß* oder *Lattberge*.

Juniperus major, vid. Sabina. Germ. *Seben-Baum*.

Juniperus major Monspel. est Cedrus Phœnic, altera Plinii.

Juvonis Lacryma, Herba Sacra, est Verbena. Germ. *Ensen-Kraut*. vid. Herbas. Lex. Brun.

Jupiter, spagyricè denotat Stannum. Germ. *Zinn*. 4. Mart. Rul. & Johnson.

Sign. Z, R, H, P, F, S, Z, U, R, X, 4, S, C, ☉

4, 5, 2, 28, H, 4, 6, M, R, H, 6.

Jupiter diaphoreticus, conficitur ex Jove Anglico limato & ꝑ rio ꝑato, *Beguinus* pag. 334. & 335

Jus, præter Statutum politicum & legale, denotat quoque Jus, Brodium seu Jusculum. Germ. *Brühe*.

Jusquiamum album, Dioscyamum album, vid. Rad. seu Semen Hyoscyami.

Jussa, id est Lapis Gipsius seu Gypsius. Mart. Rul. & Johnson.

Juvilia, est quoddam Conditum sic vocatum. *Matth. Sylvat.*

Ixia, vocatur quoque Succus Plantæ, quæ Chamelæon albus sive *Carlina* vocatur, vel Viscum Radici illius Herbæ adhærens, quemadmodum & ipsa Planta, *Ixia* & *Ixine* dicitur. *Dioscorid. Lib. 3. cap. 10.*

Ixodes, viscosum significat, & pro glutinoso Medicamento lentore sumitur apud *Hippocr. lib. de Ulcer. IX. 5.*

Ixos, vocatur Viscum, quod nomen & Plantæ Arboribus, Quercui, Pyro, Corylo, Abieti &c. adnascenti, & Succo concreto glutinoso tribuitur, & paratur ex Acinis contusis & in Aqua decoctis. Sunt qui commanducando id efficiunt. Optimus est recens, intus porraceum, extra fulvum, quod asperi nihil, aut furfurosi conceperit. Emollit, discutit, extrahit. *Gorræus*, vid. Viscum. Dicitur & de Pasta frumentacea viscosa, *Galen. lib. 2. de L. A. c. 8.*



K.

K *Aamy*, Potus Indicus ex Tritico Indico, Mays dicto, paratus. Lex. Brun.

Kabas, est Tinctura rubra, facta ex Lacca. *Matth. Sylvatic.*

Kabnos, Kalnos & Kapnos, id est Fumus. Mart. Rul. & Johnson.

Kachimia vel Kakimia, id est Cachymia, vid. Cachymia, dicitur immatura cujuscunque Metallum Mineræ, vel semi perfectum Metallum & nondum à Natura absolutum, quod adhuc in primo suo ente, ut Infans in Utero suæ Matris, delitescit. Ejusmodi Kakimiarum Species Triginta reperiuntur hætenus cognitæ, quas hoc loco recensere longum foret, ac præter utilitatem. Mart. Rul. & Johnson.

Kakule, i. e. Cardamomum. Germ. *Cardamumlein. Sylvat.*

Kadmia vel Katimia, est Lapis Calaminaris ☉ vel Tutia ☿ aut Pompholix. Mart. Rul. & Johnson.

Kasur, i. e. Camphora. Germ. *Gaffer*.

Kaib, Kayl, est Lac æidum vel acetosum, coagulatum. Germ. *Geronnene saure Milch*. Mart. Rul. & Johnson.

Kal, id est Sal de torrente. Mart. Rul. & Johnson.

Kalangi, est Cibum qui fit ex Pulmone, Corde & Hepate, incisus minutim cum Oleomixtis; in quo post remotionem prædictorum ponitur parum Aceti, Ova & Crocus. *Matth. Sylvatic. p. 128.*

Kald, est Acetum. ☿. Germ. *Essig*. Mart. Rul. & Johnson.

Kaled,